



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

2 Priscum de non mutando per Ecclesiasticos loco ius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

1

De Saturnino permutacionis

serupulos gignunt in animis permutantium adeo duros, adeo præterea vehementes ac ventres, eosdemque iustos, vt Saturnini voracitas nullos vnquam consimiles genuerit cruciatus illis ipsis qui deuorabantur: cum grauiter læsa conscientia non temporarios at perpetuos experiat cruciatus, qui ne morte quidem corporis finiuntur sed magis ac magis crescunt & grauiiores acrioresque redduntur, nisi salutaribus ante mortem fuerit expiata pœnitentiæ Christianæ Catholicæque remediis. quorum quidem remediorum præstat nõ indigere prudenter abstinendo talibus à commerciis, quam temerarias & quasi nundinatorias faciēdo permutaciones tantum subire periculum, cuius amator dignus est qui pereat in illo.

2
Priscum de non mutando per Ecclesia. Sicos loco ius.

3
Canon. 14. Apostolorum.

Priscum ius est, ipsis Apostolis natum Authoribus, ne vel Episcopi vel vlli clerici sua loca suæque quasi stationes in quibus constituti semel fuerint leuiter deserant, sed in iis ad extremum vsque vitæ suæ spiritum constanter perseuerent. Canon Apostolicus ex editione Græcorum numero 14. tum apud alios tum apud Photium Patriarcham Constantinopolitanum eiusdemque Interpretem Balsamonem sic de Episcopis habet, ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι κατὰ λεψαλῖα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρα ὀπίστηδον &c. quem integrum canonem Gentianus Hæmetus ita vertit, Episcopo non liceat sua relicta parochia seu diœcesi ad aliam transilire, etiam si à pluribus cogatur nisi sit aliqua causa rationi consentanea quæ eum cogat hoc facere; vtpote